



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digressio 7. De natura, ad tex. com 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Digestio VII. de Natura.

Verum enimvero non est hic locus leuiter tractandus. Quae enim in definitionibus accipiuntur, maximam omnino vim habent & consequentium omnium principia sunt. Naturalis corporis anima esse actus, accepit antea in definitione. Philosophus. Nunc quid illud sit, explicauit, corpus in quiete naturale esse, quod in seipso motus & quietis principium habet. Principium hoc esse naturam, manifestum est ex 2. lib. Phys. Igitur naturale corpus est, quod naturam habet. Sed quoniam quari adhuc potuisset, quid sit natura, definitionem ipsam maluit, quam rem definitam ponere.

Plurimum namque modis nominamus naturam, qui tamen ad duos potissimum reuocantur. Quorum altero quidpiam significat, quod rem constituit, altero operationis principium. Vsurpare enim hanc vocem constituimus pro cuiusvis rei, vel etiam non entis, notione: quo modo Chymerae, non entis, & negationis naturam dicimus, siue solius entis, aut etiam substantiae, vt cum substantiam loquimur esse naturam reru, cetera affectiones & accidentia, & in tex. 2. li. 4. Metaph. omnia dicuntur esse entia attributione ad vnam naturam. Interdum etiam pro toto vniuerso, vt cum in natura nihil esse otiosum pronuntiamus. Et illud fortasse in c. 5. lib. 7. de partibus animalium, nullam rem esse in natura, in qua non admirabile aliquid habeatur. Interdum pro rebus tantum sublunariis, vt illud in tex. 39. lib. 12. Metaph. A primo principio, tum caelum, tum natura pendet. Interdum pro principijs & partibus, quibus corpora omnia constant; indeq. naturalia vocantur: vt in 2. Phys. lib. Interdum demum pro nascencia & generatione, quae via est ad naturam: aut etiam pro illius priuatione, vt in tex. 14. & 15. eiusdem lib. & intellectus, voluntas, facultatesq. exteras dicimus esse naturales, scietias, virtutes, & omnino habitus non item: quod illa in primo habeantur ortu, haec post acquirantur industria. Quod si spectetur natura vt principium operadi significat, sapissimum sumitur pro primo & supremo principio, a quo omnia pendent; vt cum naturam dicimus rebus omnibus prouidere, & similia; maximeq. videtur primam causam Deum significare. Ita visus est scripsisse Philosophus in tex. 20. lib. 1. de caelo, recte fecisse naturam, quae caeleste corpus ortus atque interitus futurum expers exemit a contrariis, & in posteriori lib. de ortu & interitu tex. 59. naturam semper id omnibus velle quod est melius. Plerumque etiam pro omnibus alijs causis praeter primam; vt cum Deum & naturam legimus nihil frustra facere. Interdum tandem pro sublunariis causis; quemadmodum fortasse in 12. Met. Caelum & natura dicuntur a primo principio pedere. Nec desunt, qui naturam Platonice testetur sublunare nomen significasse? Nec raro pro qualibet particulari causa, vel etiam efficiente & extrinseca, vt si ignem dicas naturaliter calefacere, aquam refrigerare. Aut pro eo, quod necessarium non ex cognitione & electione aut libertate, operatur. Pro eo item, quod cum inclinatione & propensione: proque eo, quod ex intentione agentis euenit. Ita naturam sapissimum adus adynam definitam esse, nec posse non agere, esseq. adynam operationem, & vnam operadi formam determinatam, terram naturaliter moueri deorsum, contra naturam sursum; monstratq. non esse naturalia, quod raro & praeter intentionem eueniant. Aut deniq. pro principio intrinseco operationis

A & motus in ea ipsa re, quae operatur & mouetur. Quomodo & natura definita fuit in 2. Physic. & naturalia vocantur ea, quae hoc in seipsis principium habent.

Itaque cum tam variam ac multiplicem esse naturae notionem intelligeret Philosophus, vt exponeret quomodo naturale corpus in anima definitione nominasset, non naturam accepit, sed eius definitionem; Naturale est, quod habet in se principium motus & quietis. Operantur enim naturalia tum in se ipsis, tum in alijs: dum in aliud vim habet efficietis causa, dum in seipsis, naturae. Esse autem tale aliquid in rebus, ita manifestum est, vt ridiculum sit eius probationem quaerere. Cum enim ita moueri permulta constet, vt non ab externa vi impellatur, si modo cognoscatur, quid naturae nomen significet, sensu ipso statim concluditur dari naturam, hoc est internum illarum motionum principium.

Fuerunt non pauci, qui non esse aliquid particulare & proprium cuiusque rei, sed generale, omnibus & commune senserunt. Nimirum naturam esse Deum ipsum; diuinamque rationem toti mundo & partibus eius insertam, omnesque gubernantem, scripsit Seneca in lib. 4. de beneficijs cap. 7. & senserunt Plinius lib. 2. cap. 7. & lib. 27. cap. 3. Sextus Empiricus & ex Recentioribus Iulius Caesar Scaliger Exercit. aduersus Cardanum 1. 7. 20. 157. 278. 323. & 359. Si enim, inquit ille, natura est principium motus, non debet ipsa aliud habere principium: id vero soli Deo conuenit. Et Exercit. 188. ex Hippocratis sententia ordinariam dixit esse Dei potestatem: quod in lib. 9. de Hippocratis & Platonis decretis cap. 8. confirmauit Galenus; Immo ex nostris Lactantius Firmianus lib. 5. diuinatum instituit. cap. 28. Naturam, inquit, remota prouidentia & potestate diuina profus nihil est. quia cum natura nascenciam quandam dicere videatur, necesse est mentem esse diuinam, quae sua prouidentia nascendi principium rebus omnibus praebet.

Deniq. Mercurium illum te maximum, Pythagoricos, ac Platonem scimus naturam fecisse principium vniuersale vimq. a prima causa per caeli motum in alia omnia corpora diffusam: quae etsi vna sit in alijs tamen atq. alijs corporibus suscepta pro corporum varietate fiat diuersa.

Quibus omnibus ego quidem libenter assentior, praeter singularum rerum naturas quandam supremam naturam esse, quam Deum nominamus, velut generale principium quod cuncta gubernat; non Stoicorum modo, Platoniceorū, Peripatericorum & (solis exceptis siue nomine siue re ipsa Epicureis) sapientiorum omnium Philosophorum consensione adductus: verum necessaria quoq. ratione persuasus. Quis enim hanc mundi prospectas machinam tanta entium multitudine, varietate, ac inaequalitate, tum quantitatis, tum perfectionis distinctam: tantaq. omnium consensione & constanti ordine conseruata (modo ordinem, ornatum, & pulchritudinem eius intelligat) non statim supremam illam causam cogitet, quae res tam diuersas & inter se contrarias admirabili concordia copulauerit, copulataq. conseruet & regat? quis Citharam audientium (argumentabantur veteres Ecclesiae Patres) & pulsantem citharedum non agnoscat? Musica peritum aliquem Musicum omnibus insonat. Nautis, quae recto ac prospero feratur cursu, Regnum, & Exercitus, si bene administrantur, gubernatorem quempiam Regem & Gubernatorem ostendunt.

Natura esse.

Quid sit natura.

Quae sit natura.

Dusse, natura auctore.

Administratio tam sapiens & certa rerum omnium fa-
teri nos cogit consilio mundum & ratione gubernari.
Illi vero, quemadmodum nec ulli corpori, naturalis esse non potest ratio; sed supremum illi pre-
sidens numen esse oportet. Cui statim, inquit Trif-
megistus in Poemandro cap. 5. & imaginem absq-
fabro & pictore fieri nullus asserere audeat, mira
mundi huius constitutionem sine conditore con-
stituisse putabimus? O cæcum homuncionem! o ni-
mis impium! o profundis obrutum ignorantia te-
nebris! est & speciale argumentum ex admirabili,
humani corporis fabrica; quod & idem auctor &
pluribus in locis Galenus diligenter persequuntur.
Stoicorum vero apud Sextum Empiricum, Platonis in
10. li. de legibus, & Aristotelis in 8. Phys. necessaria
est ratio. Quidquid mouetur, ab alio mouetur;
quia idem non potest simul esse actus & potestate,
esse & non esse: oportetq. esse vnum primum mo-
uens immobile, Propterea quod cum in causis or-
dinatis inferior agere nequeat, nisi agat superior: si
in infinitum progrediamur, nec vlla sit prima, ni-
hil vnamquam fiet. Manifestum etiam est, res omnes
natura constantes propter finem operari. Quem
pleræque quod intelligentia careant, non cogno-
scunt. Quare cum finis non moueat agens ad ope-
randum, nisi ab eo cognoscatur & desideretur, ali-
quem necesse est esse naturæ totius auctorem, qui
finem cognoscens in eum res singulas dirigit, na-
turalémq. in illum inferuerit imperum. quo argu-
mento eximios scimus Philosophos coactos fuisse
dicere, opus naturæ opus esse intelligentiæ: neque
posse res naturales agere ea, quæ agunt, nisi ab ali-
qua suprema intelligentia regerentur. Propterea
posuerunt naturam quandam naturantem, hoc est
effectricem & directricem alterius naturæ, quam
naturatam, hoc est effectam & directam appellarunt.
Etenim ubi cernuntur multa in vnum finem ordi-
nata, & in eum per suas operationes absq. cogita-
tione & cognitione tendentia, aliquam necesse est
aliam cogitare intelligentiam, quæ & finem cogno-
scat, & ordinet omnia. Siquidem ordinare intelli-
gentis est & sapiens proprium. Quapropter vt in-
telligentia creata non potest quidquam in rebus
producere, sed materiam solum productam quo-
modo disponere aut versare. Et ideo huma-
nus intellectus per habitum artis & prudentiæ, in-
strumentumq. manuum, quibus ea procurat, quæ
ad vitæ necessitatem & commoditatem pertinent,
dicitur esse principium artificiorum. Et intellectus
angelicus suam & vniuersi perfectionem querens,
principium cælestis motus, sic diuina mens in fini-
tæ cum sit virtutis, exteriori non eget materia; sed
de nouo cuncta producit. Et quia dum operatur,
earum rerum, quas efficit, perfectione spectat (om-
nia tandem ad seipsum referens) non solum dedit
illis, vt sint; sed singulis quoque finem constituit,
easq. ad illum dirigit. Ita hic intellectus dici solet
auctor naturæ, natura naturans, & natura vniuer-
salis. Si enim consideretur vt supra essentias & finis
rerum naturales multa in illis operatur, agens su-
pernaturalis & auctor gratiæ appellatur. Sed prior
ille naturalium ordo est veluti fundamentum, cui
supernaturalium & artificiorum ordo nititur, so-
lusq. à Physico consideratur. In eo autem duo con-
tinentur, intelligentia producens res, easque ordi-
nans; & ipsæ res productæ & ordinate. Res ipse
cum pleræq. careant cognitione finis, omnèsq. si-
mul ordinate perfectionem vniuersi absoluant,

Natura
naturans
& natura
naturata.

quæ ex earum omnium aggregatione cõsurgit: ea
necesse est ab aliqua superiori & generali causa or-
dinari ac disponi, quæ & eas producat & singulis
prescribat finem, & eas in eum dirigat, ordinemq.
vniuersi conferuet ac tueatur, & ad operationes
proprijs, finis assequutionem cum singulis con-
currat.

Verum generalis hæc causa externa est rebus hi-
sce, quæ mouentur; nec tanquam pars intimam ca-
rum essentiam constituit: tamen alio quodam in-
tellectu dicatur Deus per suam essentiam esse in
singulis, quatenus immensitate sua replet omnia,
conseruat, datq. vt operentur. Propterea hæc cau-
sa non est ea natura, quæ nunc queritur, sed auctore
potius & principium naturæ. Ea enim queritur
quæ internum principium sit in iis rebus, quæ mo-
uentur quoque naturalia à non naturalibus distin-
guantur. Et ideo etiam Deus & reliquæ mentes à ma-
teria separate principia sint interna suarum adio-
num intellectus & voluntatis; naturæ tamen non
dicuntur, quoniam ea non sunt operationes Physi-
cæ, neq. per eas substantiæ illæ vocantur naturales.

Ipsas igitur res naturales considerando queritur
oportet, num in illis aliqua communis natura, quæ
sit in omnibus principium internum: siue ea sit
essentia singularium, vel vt subiectum, vel vt forma
cõstituens subiectum, siue qualitas aliqua per om-
nes diffusa: an verò sit propria singularium. Sed res
singulæ sunt inter se distinctæ, ita propinquitati-
bus subiectum numero solum distinctum à sub-
iectis aliarum. In omnibus autem ijs, quæ generantur
& occidunt, est vnum specie, quia vna est spe-
cie omnium materiæ in cælestibus fortasse dimen-
sa. Et quoniam materia non est agendi principium,
sed patiendi; hoc principium est patiens operatio-
num omnium & motionum.

Forma autem, quæ est agendi principium, aut co-
gitari potest materialis, aut immaterialis. Materia-
les tot necesse est esse, quod sunt res inter se distin-
ctæ. Quia cum educantur ex materia, quemadmo-
dum cum ea extenduntur, ita & diuiduntur: totq.
sunt numero distinctæ, quot sunt diuisæ materia
partes. Immo nec specie potest esse vna. Nam vel
ea inseparabilis à materia singularium rerum for-
mas proprias antecederet; quo modo in 1. Sub-
stantiæ libro corporeitatis formam posuit Aristote-
na: vel post alias specierum formas accederet. In-
separabilem materiæ informitas nullâ patitur, ne-
que ex mutatione, aut operatione vlla vel accidenti-
bus colligimus: quin contrarium potius conclu-
dimus. Sin verò post formas singularium rerum pro-
prias adueniret; quoniam vltima forma reliqua
omnes determinans esset vna specie, res omnino
eiusdem forent speciei. At nec quidquid est, ex quo
forma illa colligatur. Operationes enim omnes,
accidentia, & quidquid in rebus cernitur, per pro-
prias earum formas satis saluatur.

Propterea porro vna conceditur specie materiæ,
quia cum subiectum suscipiat & determinetur, po-
tест idem subiectum à pluribus formis determinari
& perfici. Quam ob causam ad patiendum in-
quiebat Philosophus in tex. 56. lib. 1. Phys. satis est
vnum. Forma autem cum determinet & constituit,
tam diuersa sit necesse est, quam diuersæ sint
determinationes, constitutiones, & formationes
subiecti. Idcirco nec potest esse vna immaterialis,
quemadmodum vnam mundi animam vitus est Philo-
sopho ponere. Tamen hoc maiorem habeat probabili-
tatem

litatis speciem. Quia si non exenderetur, neque cum subiecto divideretur, plures res contiguae, si non continuae, possent ab ea formari, sicut anima plurium corporis partium Homogenearum est actus. Ita si principium essentiale quatuor, solum principium materiale & patiens est idem, non numero, sed specie, rerum omnium, quae oriuntur & accidunt. Principium autem formale & agens, nec numero, nec specie.

Quod si de principio accidentario sit sermo, neque illud est unum numero, cum qualitas in materia non minus, quam forma substantiae, cum ea dividatur. Et quia firmam consequitur, nisi una specie sit in omnibus forma, nec una erit qualitas. Vnicum est accidens rebus omnibus commune, quantitas materiam consequens. At eam, quod nullius operationis principium sit, sed materiae conditio ad patiendum, nullus naturam dixerit.

Vetus fuit opinio, solum materiam esse naturam rerum, formam vero quoddam illius accidens. Aliis solum formam liber admittere. Vtramque complexi sunt Peripatetici. Nam ex differentia praesertim naturalium rerum a non naturalibus natura colligitur. Est enim id, quo naturalia a ceteris distinguuntur, ut ex Aristotele, T in in sex. i. lib. 2. Physic. tum hoc ipso in loco cognoscimus. Iam ea, quae naturalia non sunt, aut supra naturam sunt, aut infra naturam. Supra naturam sunt immateriales & spirituales substantiae: Infra naturam ea, quae arte constant. Illae naturalibus meliores sunt, haec deteriores multo. Naturalia inter utraque veluti media ab utroque extremo, tum essentia differunt, tum operatione. Cum enim materialia sint & corporea, materia differunt ab ijs, quae materiam non habent. Ab artificijs autem non videtur quidem differre, quod ea quoque materialia sint & naturalia quopiam corpore consistunt. At differunt forma, propterea quod per externam quandam dispositionem accidentariam & figuram arte factam constituuntur; dum naturalia intimam habent substantiam formam, quae materia totam pervadens eam in genere substantiae format. At sicut naturalia ab ijs differunt forma, & conveniunt materia, ita quamvis materia ab immaterialibus differat, forma tamen conveniunt, quod ea quoque per actus substantiae constituuntur, quemadmodum naturalia. Quamquam dum haec omnia attentius considero, materia item differre naturalia ab artificiosis & forma ab immaterialibus animaduerto. Etsi enim immaterialium actus substantiales non sunt formae formantes & constituentes aliquid a se diversum; sed (ut loqui consuevit Simplicius) animae in se manentes, non progredientes ad corpus: neque substantiae corporeae, sed simplices actus incorporei. Naturales autem formae & formant materiam & (si animam nostram excipias) substantiae sunt corporeae. Artificia substantiam postulant quae sit aliquid actu compositum; naturalia possunt interdum sola constare materia. Deinde compositum illud, quod artis materia est, sua natura non dicit esse partem aut subiectum operis arte perfecti, sed aliquid naturale significat naturali forma sua constitutum. Subiectum vero rei naturalis, etsi ut est subiectum consideretur, est quid naturale, suaeque natura pars naturalis compositi. Quod sit, ut artificia non sint eiusmodi nisi per formam (subiecto enim sunt naturalia) naturalia vero ratione utriusque partis sunt naturalia.

A Sed quoniam essentiam sequitur operatio, operatione item differunt. Ab immaterialibus, quia gignuntur, mutantur, & intereunt, aut saltem motus subiectum sunt. Id vero ex materia oritur, quae potissimum dixi ab immaterialibus naturalia differre. Nam quia materiam habent, ideo gignuntur, mutantur, accidunt, & motibus omnibus subiciuntur. Neque in rerum generatione, aut elementorum potissimum alteratione vllum est aliud internum motus principium, nisi patiens. Quoniam nec idem seipsum gignit, nec elementa possunt alterare seipsa: cum tamen & generatio & alteratio naturales motus sint. Quia in rebus non videantur distingui ab artificijs, quae gignuntur quoque pereunt, ac saepe mutantur. Plurimum tamen distinguuntur; quod haec ut talia sunt nullum habent ad operandum impulsus; habent naturalia quatenus naturalia sunt. Etenim artis forma est quasi omnino solida & mortua, naturalis effica, & viua, sive sponte in operationem prorumpens. Nimirum propter maiorem perfectionem, quae superat artem natura: ut propterea tanquam praestabiliorum dicatur ars imitari naturam.

vt differant operatione.

B Hoc nomine naturalia ab immaterialibus non separantur: quoniam haec quoque sunt quasi viua & ad operandum efficacia. Ipso tamen operationis genere, tum ab illis differunt, tum ab artificijs. Quemadmodum enim essentiam, sic operationem habent corpoream & partibilem. Ea est motus. Si quidem naturalia mouent seipsa; dum & immaterialia & artificia sunt ex se penitus immobilia. Sed immaterialia immobilitate meliori, quam sit motus, artificia immobilitate deteriori, quae ex eorum ineptitudine proficiscitur: quod quatenus talia sunt, omnino sunt velut mortua. Et ideo ex operationibus omnibus solus motus est prima & communissima naturalium rerum operatio. Quae duobus omnino principijs absoluitur. Nam quia res naturales mouentur, habere eas oportet principium aliquod, quo pati possint & suscipere motum. Quia vero non solum patiuntur & suscipiunt, sed sponte in motum prorumpunt, aliud necesse est principium habeat, quo seipsas moueant. Prius illud principij genus in immaterialibus non reperitur; neque hoc posterius in artificijs ut talia sunt.

C Sed quoniam pati ac suscipere proprium est materiae, principiumque agendi est forma; statim concluditur, materiam & formam alia atque alia ratione principia esse motus interna. Quae diuersitas in operatione ad essentiam tandem reuocatur. Ad eam enim constituendam diuerso modo concurrunt: materia ut subiectum suscipiens formam, formant actus rem in specie constituens. Quare cum operatio sequatur essentiam, ad motum quoque concurrunt materia tanquam subiectum & principium patiens, quo & suscipitur motus & res est apta moueri, & quasi passiuè in motum prorumpere: ut si ab agente principio moueatur, iuxta aptitudinem & inclinationem moueatur. Ad quod etiam non nihil confert quantitas propriae materiae accidens. Nam cum quidquid mouetur debeat esse partibile, ut in tex. 32. lib. 6. Physic. demonstratur; dum quantitas rem facit in partes extensam, facit eam accidentariè aptam moueri. Mouere autem tanquam principium agens spectat ad formam, quae actus est determinatus, rem in propria specie constituens. Idcirco quoque res naturales, ut diuersas formas, ita diuersos habent motus. Quod si mate-

D Quae diuersitas in operatione ad essentiam tandem reuocatur. Ad eam enim constituendam diuerso modo concurrunt: materia ut subiectum suscipiens formam, formant actus rem in specie constituens. Quare cum operatio sequatur essentiam, ad motum quoque concurrunt materia tanquam subiectum & principium patiens, quo & suscipitur motus & res est apta moueri, & quasi passiuè in motum prorumpere: ut si ab agente principio moueatur, iuxta aptitudinem & inclinationem moueatur. Ad quod etiam non nihil confert quantitas propriae materiae accidens. Nam cum quidquid mouetur debeat esse partibile, ut in tex. 32. lib. 6. Physic. demonstratur; dum quantitas rem facit in partes extensam, facit eam accidentariè aptam moueri. Mouere autem tanquam principium agens spectat ad formam, quae actus est determinatus, rem in propria specie constituens. Idcirco quoque res naturales, ut diuersas formas, ita diuersos habent motus. Quod si mate-

E Quae diuersitas in operatione ad essentiam tandem reuocatur. Ad eam enim constituendam diuerso modo concurrunt: materia ut subiectum suscipiens formam, formant actus rem in specie constituens. Quare cum operatio sequatur essentiam, ad motum quoque concurrunt materia tanquam subiectum & principium patiens, quo & suscipitur motus & res est apta moueri, & quasi passiuè in motum prorumpere: ut si ab agente principio moueatur, iuxta aptitudinem & inclinationem moueatur. Ad quod etiam non nihil confert quantitas propriae materiae accidens. Nam cum quidquid mouetur debeat esse partibile, ut in tex. 32. lib. 6. Physic. demonstratur; dum quantitas rem facit in partes extensam, facit eam accidentariè aptam moueri. Mouere autem tanquam principium agens spectat ad formam, quae actus est determinatus, rem in propria specie constituens. Idcirco quoque res naturales, ut diuersas formas, ita diuersos habent motus. Quod si mate-



ria posset esse principium agens, ut eadem est omnium materia, sic idem in omnibus cerneretur motus.

Ita qualitates motus sunt substantia forma.

Quamquam substantia forma immediate non mouet, sed instrumentis utitur qualitatibus. Namque substantia quidem, ut est primum ens, ita est principium primum ac precipuum operandi. At dum adiuncta habet accidentia, quæ entis sunt entia; illis utitur ut instrumentis, quibus operationem exequitur. Et quantitas quidem materiae dispositio est ad patiendum & suscipiendum, qualitates autem instrumenta formæ ad agendum. Nam et si qualitates, ut actus quidam determinati sunt, operationem aliquam habeant: quia tamen non sunt entia per se, sed alterius entis, eam non habent ut aliquid sui, sed ut aliquid eius, cuius sunt entia, nempe substantiæ. Non ratione materiae: quoniam ea nullam qualitatem, aut actum determinatum sibi vendicat. Sed formæ, quæ tanquam precipuus actus determinatus qualitates omnes velut actus secundarios & sibi famulantes determinat. Ellicet ut sunt accidentia subiecto indigeant, atque ita maximè pendeant à materia: quatenus tamen talia sunt, substantiæ debentur, quæ sit per formam constituta: Dicunturque pendere & oriri ex forma, quod talia sunt propter talem formam. Tamen ea quoque ipsa ratione, qua sunt accidentia, pendeant quoquo modo à forma. Quia non sunt in materia nisi ratione formæ. Ita non parùm à qualitatibus omnibus differt quantitas, quæ vel etiam ut est quantitas, immediatè est in materia; neque pendet à forma, nisi ratione termini & figuræ quæ qualitas quædam est. Cùm igitur qualitas agat, non ut est accidens; alioqui omne accidens ageret; sed ut est tale accidens, talisque actus: dum ut est actiua consideratur, pendere dicitur à forma, esseque illius virtus & instrumentum. Et quamuis forma nihil immediatè operetur; optimo tamen iure dicitur esse operationis principium, quia est principium primum, hoc est primum, à quo pendet qualitas. Atque ita non qualitas, sed substantiæ forma dicitur esse natura. Neque verò ut motus quicquam naturalis esse dicatur ex parte agentis principij satis est, si adsit qualitas, ut calor in habitu sursum ascendente: sed qualitatem eam oportet esse illi rei naturalem propter eius formam, à qua pendeat. Quemadmodum enim eget substantia, ut operari omnino possit, ita ut naturaliter operetur, eam postulat substantiam, cui sit naturalis virtus atque instrumentum operandi.

Natura duplex, materia & forma.

Quæ omnia manifestè ostendunt duplicem in rebus naturalibus naturam, materiam & formam, utramque substantiam: sed vnam principium patiens, alteram agens. Siue naturam consideres ut res naturales constituit & facit essentia differre à non naturalibus; siue sumas pro principio motus, quod operatione quoque à cæteris eas distinguit. Id verò, quod ex materia & forma coalescit, non est natura; sed naturam habens, seu natura constans. Quoniam non est principium constituens aut distinguens; sed id, quod constitutum distinguitur. Neque illud item tertium operationis principium, quo res naturales operantur in aliud, vel etiam operatione corporea, quæ est motus. Quia non distinguit eas à non naturalibus, cùm intelligentiæ quoque orbis cælestes moueant; atque sit in artifice principium efficiendi quid-

am ex materia propofita. Sed operationes ex dicuntur quidem naturales; quod rebus conueniant ut tales sunt, & ab eadem natura proficiantur: non tamen quod rebus illis insint ut sunt naturales. Et ideo principium illarum non dicitur natura, sed efficiens; quod in immaterialibus quoque & artificis repetitur.

Verùm de materia, quæ est principium patiens etiam atque etiam intelligendum est, duo in ea considerare posse. Alterum, eam esse primum substantiam materialis actum. Alterum, esse substantiam indeterminatem, imperfectam, & rudem. Quia enim est primus substantiæ actus, est etiam subiectum per se existens, & potens omnes alios actus sustentare, siue sint actus primi formarum, siue secundari operationum, quæ a formis proficiuntur; & omnino quicquid indiget sustentatione. Quia verò est substantia rudis & inchoata, quæ perfectionem suam desiderat, velut turpe, pulchrum; principium est & causa, ut cum inclinatione & naturæ propensione suscipiatur id à quo perfici & exoptari possit. Ex eo tantum, quod subsistat, oriri non potest hæc propensio: quoniam hoc perfectionem potius significat, quæ cætera valeat sustentare, vel etiam ea, quæ præter eius naturam, immo & per vim adueniunt. Cùm autem ex ruditate & imperfectione oriatur, qua velut potestas ad perfectionem suæ naturæ conuenientem inclinatur, hæcque nimirum sit sola forma, primum & maximè substantiæ; quæ actus est & perfectio essentialis eiusdem generis, deinde & accidentis, ut actus & perfectio secundum quid ex alio genere: sic ut ratione formæ duntaxat dicatur non solam suscipere, sed & cum inclinatione suscipere: aut si ad aliquid aliud inclinet, id erit propter aliquam formam, cui illud debeatur. Itaque vni ratione essentialis vim habet naturæ maximè per ordinem ad formam, quæ est quasi illius finis: ita in operatione quoque per ordinem ad eandem naturam, rationem habet, quatenus aut formam, aut aliquid aliud ratione formæ naturaliter suscipit.

Ergo illa tantum operatio erit naturalis ratione materiae, quæ aut est susceptio formæ, quam materia querit, ut generatio: quemadmodum enim ad formam, ita & ad motum, quo illa suscipiatur, inclinari materiam oportet. Aut certè dispositio ad suscipiendam formam, ut alteratio, quæ tamen accidentariæ formæ susceptio est. Aut demum naturaliter conuenit formæ, quæ est in materia; ut motus ignis sursum & terræ deorsum. Ad hos enim inclinatur materia, non quod sint susceptiones aut dispositiones formæ, sed solum quod sunt operationes naturales illarum formarum, quas habet. Itaque non eadem est & equalis propensio materiae ad omnes motus. Ad generationem enim per se sola & maximè proprie propendet, quia est susceptio essentialis eius perfectionis. Ad alterationem autem per se quidem sola, tum quia etiam ipsam perfectionis susceptio est, tum quia dispositio ad eam, quam in primis querit. At non equaliter ad generationem, quia non est susceptio formæ tam perfecte ac sibi proportionatæ immo ad eam ordinatur, quæ primò queritur. Denique ad localem motum non inclinat se sola, ut est in formam: quod is motus non sit vllius formæ susceptio, nec per se ad substantiæ formam dispositio, neque vllam materiae adferat perfectionem. Sed solum inclinatur ad eum ratione alicuius formæ, quam habet.

habet, cui motus ille debetur. Per se vero eam
 solam habet ad illum potestatem, qua cum sit sub-
 sistens quidpiam, sustentare illum & quamlibet
 operationem potest. Quod fit; ut ad generatio-
 nem & alterationem, etiam contrariam & pu-
 gnantem eum ea forma, quam habet, verè dica-
 tur inclinare: ad localem autem motum contra-
 rium formæ, quam possidet, nullo modo inclinety
 sed eum suscipiat solum & sustentet. Accretio-
 nis motum non commemoravi. Quoniam is
 eum à sola oriatur anima; nunquam habet solum
 principium patiens, sed simul & patiens &
 agens.

Ex his omnibus faciliè intelligas, principium pa-
 tiens etsi in ea re, in qua est, non habeat agens, vim
 tamen habere naturæ agens non item, nisi patiens
 quoque addit. Etenim si agat in aliud, non est
 principium in eo, in quo est; neque naturalia dis-
 tinguit à cæteris. Ideò efficiens appellatur, non
 natura. Patiens etsi ab alio forinsecus patiaty
 est tamen principium in eo, in quo est: naturalia
 quæ à non naturalibus separantur: dum illa motum
 cum inclinatione suscipiunt hæc aut penitus im-
 mobilia sunt, vi immaterialia; aut abque inclina-
 tione & solum vi naturali constant corpore mo-
 ventur, ut artificia. Quare non est satis si princi-
 pium patiens suscipiat motum: nam & suscipiunt
 artificia non minus, quam naturalia: & eum vio-
 lentus quoque motus suscipiatur in materia, nul-
 lus esset violentus motus. Sed necesse est, ut cum
 inclinatione suscipiat. Propterea in 3. lib. de mo-
 ribus ad Nicomachum cap. prim. & prim. lib.
 magnorum moralium cap. 13. Violentum id esse
 definitur, ad quod nullam vim confert id, quod
 patitur. Cum enim ad localem motum non ha-
 beat materia vim & inclinationem, nisi ratione
 formæ; si motus aduertentur formæ, solum illi ma-
 teria sustentationem præbet, ut est quid substi-
 tens; motusque erit prorsus violentus, quia nec
 ex parte formæ, nec ex parte materiæ vim illam
 confert id quod patitur.

Quo circa motus prorsus violentus in solo motu
 locali reperitur. Cæterum enim ut aduertentur
 formæ, materiæ tamen sunt naturales; cum sint
 susceptiones, aut dispositiones cuiuspiam formæ.
 Localis autem, si formæ sit contrarius, nulla super-
 est in materia ad illum inclinatio; quin illa quo-
 que repugnat, etsi suscipit, in vita suscipit. Magis
 igitur naturales sunt materiæ generatio & altera-
 tio, quam localis motus: & generatio magis, quam
 alteratio. Quoniam maior est ad illam inclina-
 tio, quæ est perfectissima & accommodatissima
 sibi formæ susceptio. Hæcque maximè videtur
 esse enascencia quædam & germinatio, dum pro-
 ductis in materia dispositionibus confurgit & qua-
 si germinat forma: In viventiu generatione id præ-
 fertim apparet. Cum enim in semine tota sit vis dis-
 ponens & materiam formans, alteratio tota & dis-
 positio, formæque productio maximè videtur
 esse ab interno principio, tum patiente, tum agen-
 te. Quod fortasse voluit Philosophus in text. 5. li. 5.
 Metaph. Cum generationes dixit & ipsum nasci
 dici naturas, quia sunt motus à formâ, hancque in
 naturalibus esse principium motus, cum inexistat,
 aut potestare, aut actu. Hæc enim ad viventium ge-
 nerationem est terminè, in quo potestare inest ani-
 ma, maximè videtur pertinere, interpretatione
 quoque Alexandri.

A Cæterum naturalia corpora, inquit Philosophus, non
 motus modò, sed & quietis habere in seipsis
 principium. Quo loco quietis voce no significatur
 privatio motus, sed cõsistentia in naturali loco prò-
 motum acquisitio; quæ non solum significat rem
 non moueri & cessare à motu, sed & actum secun-
 dũ, quo sistat se, firmet, ac definat in loco, expel-
 lentique resistat. Ut enim de gravitate, & leuitate
 loquimur, quæ naturæ instrumenta sunt, ita & de
 natura, quæ primum motus principium est. Graui-
 tate & leuitate corpora, tum deorsum ac sursum
 mouentur, tum in inferiora superiori loco deti-
 nent sese, & vtrita loquar, cum oblectatione per-
 manent, expellentique resistunt. At dum ita agunt,
 quid aliud agunt, quam naturæ obsequi? Hæc est
 primaria causa, hæc quies, quæ Philosophus tan-
 quam secundum naturæ actum in naturalibus
 agnoscit corporibus.

B Quod si cælum semper moueri, nec vnquam
 quiescere videatur, responderunt Alexander, Phi-
 loponus, & Simplicius in com. 2. Phys. quiescere
 secundum polos, axem, & centrum, aut etiam quo-
 dam modo secundum totum, quia totum ex vno
 in alium locum non mutatur. An cælum quoque
 (inquit Alexander com. lib. 6. Metaph. principium
 habet quiescedi? Nam circa idem conuerti, neque
 locum mutare id ipsum quiescere est. Itaque im-
 mobiliter mouetur, & cum mirabiliter moueatur,
 quiescit. Aut ex text. 24. huius lib. interpreteris. E-
 enim anima quoque definit esse id, quo viuimus
 sentimus, mouemur, & intelligimus. Non quòd
 vbicumque est anima, hæc omnes adsint operatio-
 nes, sed quòd earum vna quæque non est nisi ab
 anima. Sic enim naturalia quoque motum habent
 & quietem: non quòd omnia & moueantur inter-
 dum & interdum quiescant, sed quòd omnis mo-
 tus & quies sit à natura, & quæcunque ab interno
 principio mouentur aut quiescunt, sint naturalia.
 Quæquam de cælesti motu noh parua est difficul-
 tas, num is naturalis, & intelligentia motrix natu-
 ra dici possint.

C Cum igitur animam naturalis corporis, quod in
 seipso principium motus habeat & quietis, Philo-
 sophus tradidit esse actum, naturale corpus intelli-
 gas, quod ex vtraq. natura materiæ & formæ con-
 stet, operationisque principium, tum agens, tum
 patiens habeat. Huic corpori accedit anima, melior
 forma, meliorum operationu principium. At non
 ne anima quoque est natura? Constituit enim anima
 speciem quædam naturalis corporis, & quidem
 omnium præstantissimum, eamque à cæteris distin-
 guit, atque in ea principium est operationis. Pro-
 pterea in tex. 3. naturalia corpora partitus est Phil.
 in viuentia & nõ viuètia. Vitamque definiuit princi-
 piũ in illis nutritionis, & accretionis. Et in tex. 1. li.
 Phys. plantas & animalia inter naturalia commo-
 morauit. Ergò natura duobus modis nominatur,
 tum pressiori, tum ampliori acceptione. Dũ pressius
 usurpatur, opponi solet animæ, tria, quæ dicimus
 esse, principia, naturam, animam, & intellectum. Sic
 anima non est natura: sed eã supponit, eavtetur, di-
 citurque, esse actus naturalis corporis, ut quæ subiecti
 & organa. Solemus enim naturalia ab animatis dis-
 tinguerè, quòd ad vnã operationem, vnumque
 operandi modum determinata, sit natura, animæ
 ad plures indeterminata. Illa simplici qualitate
 vtatur dum comparatur, hæc plurima habeat in-
 strumentata natium calorem, spiritum, neruos,

D Quod si cælum semper moueri, nec vnquam
 quiescere videatur, responderunt Alexander, Phi-
 loponus, & Simplicius in com. 2. Phys. quiescere
 secundum polos, axem, & centrum, aut etiam quo-
 dam modo secundum totum, quia totum ex vno
 in alium locum non mutatur. An cælum quoque
 (inquit Alexander com. lib. 6. Metaph. principium
 habet quiescedi? Nam circa idem conuerti, neque
 locum mutare id ipsum quiescere est. Itaque im-
 mobiliter mouetur, & cum mirabiliter moueatur,
 quiescit. Aut ex text. 24. huius lib. interpreteris. E-
 enim anima quoque definit esse id, quo viuimus
 sentimus, mouemur, & intelligimus. Non quòd
 vbicumque est anima, hæc omnes adsint operatio-
 nes, sed quòd earum vna quæque non est nisi ab
 anima. Sic enim naturalia quoque motum habent
 & quietem: non quòd omnia & moueantur inter-
 dum & interdum quiescant, sed quòd omnis mo-
 tus & quies sit à natura, & quæcunque ab interno
 principio mouentur aut quiescunt, sint naturalia.
 Quæquam de cælesti motu noh parua est difficul-
 tas, num is naturalis, & intelligentia motrix natu-
 ra dici possint.

Naturæ
or prin-
cipium
motus
quies.

Pris ca-
lo motus
Quies

Anima
An natura
Pa.



poris, cuius actus essentialis est anima, ad totum reliquum corpus animatum.

Sciē autem obseruat Philoponus, Aristotelem interdum oculum dicere totum coniunctum ex organo & facultate seu anima. Quemadmodum ubi ponit, oculū esse animal & cum in tex. sequenti oculum ait esse pupillam & visum. Interdum autem solum organū; vt cū addit, oculum esse materiam visus. Eodēmq. modo hęc verba interpretati sunt Themistiū & Alexandr apud Simplicium. Tameñ paulo aliter Simplicius, oculum vt formatum exponens esse materiam visui vt vrenti.

Ceterū ex duobus hīsce exemplis, securis & oculi, non solum habemus animam esse actum essentialē verum etiam esse actum primū. quemadmodum enim figura ad sciendū apta securis forma est etiam si actu non incidat: & facultas videndi est in oculo, quamvis claudatur oculus, nec re ipsa aspiciat: sic anima quoque se habet in toto corpore, etsi animal dormiat, suāmq. naturam habet in actu primo. Nec enim tunc animal minū est animal. Tum verō quod est in securi incisio, & in oculo visio; hoc est in animali vigilia & operatio.

TEXTVS.

Εἴ τι δ' ἢ τὸ σκοπεῖν ἡλικὸς τῶν ψυχῶν τὸ διαμαρτυρεῖν ὡς ζῶν, ἀλλὰ πῶς τὸ εἶναι σῶμα καὶ κερταῖς, τὸ διαμαρτυρεῖν τὸ ἰσθί σῶμα. ἀλλὰ οὐκ ἔστι τὸ σῶμα, καὶ ἢ ὁρατὸς ἢ ὁρατὸς ἢ ὁρατὸς ὁπλῆ- χως αἰσθῆναι ὅτι οὐκ ἔστι τὸ διαμαρτυρεῖν ὡς ζῶν, ἢ ψυχῆ τὸ εἶναι σῶμα, τὸ διαμαρτυρεῖν ὡς ζῶν ὁρατὸς ἢ ὁρατὸς, καὶ αἰσθῆναι ἢ ψυχῆ τὸ εἶναι τὸ ζῶν.

Est autem, non quod abiicit animam, id quod potestate est, vt uiuat, sed quod habet. Semen autem est fructus, potestate huiusmodi corpus. Sicut igitur incisio, & visio sic est vigilia actus. Vt autem visus est potestas instrumenti, anima. Corpus autem, quod potestate est. Sed vt oculus pupilla est visus, Et ibi anima, & corpus animal.

COMMENTARIVS XII.

Interpretatur Aueroes, Philosophum nūc velle absoluerē declarationē distinctionis actus primi & actus secūdi. Themistiū, eū ex dictis colligere, animā neq. cadaueris esse actum, neq. seminis. Malo cum Philopono & Simplicio existimare expositam hactenus fuisse primam definitionis partem, quæ ad animam ipsam pertinebat: nempe animam esse actum primū & essentialē. Nunc verō exponi alteram, quæ spectat ad corpus, cuius ea est actus: nepe hoc corpus debere esse potestate viuens; sui organici. Hęc enim duo rem eandem significare, antea dictum est.

Exponit igitur corpus potestate viuens non appellari corpus animalis demortui; quod antea quidem habuerit anima, sed nūc actu non habeat. Hoc enim cū nec actu habeat, nec naturaliter habere possit potestate viuens dici non debet. Neq. semen aut fructus, quæ aut pro eodē nūc ponuntur: propterea quod plantarū semē & arborū, quidam est illorū fructus. Aut etiam fructus ipsi continent semen, vt in pyris & aliis permultis. Aut semen dicit animaliuū (Græcē enim est σπέρμα) & fructus plātarum. Quoniā nondū habet organa, quibus indiget anima. Et ideō potestate solum remota habent animā, diciq. potius debent esse potestate ad eam formam organici corporis quod potestate est ad animā, & cuius ea est actus; quā ad ipsam animam.

Illud igitur corpus dicitur potestate viuēs, & illius actus est anima; quod ita est elaboratū & partibus suis, organisque omnibus distinctū, vt vel actu animam habeat, dicaturq. potestate viuēs, non quod priuationē habeat; sed aut potestate illa, quæ cum actu per se pē eōiuncta est, sicut cū Socrate dicimus posse ambulare, quia iam ambulat. Aut quidd vitā non habeat ex se, suāq. propria natura & conditione, sed aliūde, nepe ab anima. Vel certē si actu animam non habeat, sit ad illam proximē dispositum & preparatum; ita vt eam absque antecedente alia mutatione actu suscipere possit. Græci Interpretes priorem rationem magis probarūt: & ideō corpus animalis demortui negarūt esse potestate viuēs, quia desijt iam viuere. Neq. item semen, quia nondum in vitam promotum est.

Sed certē vtraque expositio ex Aristotele colligitur. Nam in text. 6. corpus potestate viuens interpretatus est illud, quod est organicum. Quare etsi actu vitam non habeat, modō sit organicum, proximē ad suscipiendum vitam dispositum, erit potestate viuens. Semina non dicuntur potestate viuere, quia nondum sunt organica. Neque mortuorum corpora; quoniam eorum organizatio tota dissoluitur; atque hanc ob causam vita illa, quam antea habebant, priuata sunt. Quidd si nunc Aristoteles potestate viuens dicat esse id, quod habeat vitam, facilē potest exponi, aut habere actu aut proxima potestate. Hoc enim perinde esse dixeris, quia vt est in text. 56. li. 2. Phyc. quod parūm, tanquam nihil distare videtur.

Post hęc deducit, actum secundum, qui est vigilia, sese habere vt incisionem in securi, & visionem in oculo. Actum autem primū, qui est anima veluti somnus potius, quā vt vigilia, quemadmodum dictum est in text. 5. habere sese, vt facultatem videndi in oculo, & facultatem sciendū in securi. Corpus autem esse id, quod est potestate adhuc actum, qui est anima. Et quemadmodum oculus ex pupilla constituitur seu organo corpore, & ex videndi facultate, nihilque aliud est, quā illa duo simul sumpta: sic animal ex corpore coalescit & anima, nihilque aliud est, quā hęc duo simul considerata. Hoc autem totum & optimē deduxit ex superioribus, exposita vtraque definitionis parte: quomodo scilicet anima sit actus, & quale corpus illius subiectum. Et pulchrē explicauit eorundem exemplorum vsū, quibus antea vsus fuerat somni & vigiliæ, oculi & securis, facultatis videndi & facultatis sentiendi.

TEXTVS.

ἢ μὴ δυνάμει ἔστιν ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, ἢ μὲρ πῶς αὐτῆς, εἰ μετέσθι πύραυλος, ἢ ἀδύνατος, εἰς τὸ ὁπλῆχως τὸ μέρων δὲ τὸ αὐτῆς. ἢ μὴ αὐτὴ εἰσέλθῃ εὐθὺς καὶ αἰσθῆναι, ἢ μὴ μέρων τὸ σώματος ὁπλῆχως. ἢ πῶς ἀδύνατος, εἰ οὕτως ὁπλῆχως τὸ σώματος ἡ ψυχὴ, ὡς αἰσθῆναι πῶς τὸ πῶς μὴ δυνάμει δυνάμει εἰσέλθῃ εὐθὺς καὶ αἰσθῆναι ψυχῆς.

Quod igitur non sit anima separabilis à corpore, aut partes quedam ipsius, si partibilis nata est, non immanifestum. Quarundam enim actus partium est ipsarum. At verō quasdam nihil prohibet, propterea quod nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum, si ita corporis actus anima, vt nauis nauis. Figura igitur hęc definita & descripta sint de anima.

COMMENTARIUS XIII.

IN loco plane difficili ac per obscuro verlamur. Non tam propter Philoponi verba quam propter subiectam verborum sententiam. Duae enim omnino gravissimas difficultates tangit, & ita tangit, ut in re maxime periculosa plurimis fuerit errandi oratio. Nam ex tota definitione exposita duo colligit. Alterum est, animam non esse à corpore separabilem, propterea quod illius sit actus & perfectio. Actus enim & perfectio separari ab eo non possunt, cuius sunt actus & perfectio. Siquidem relationem quandam inuoluunt, & alicuius necesse est sint actus & perfectio. At si separarentur, cuiusnam essent? Si anima species est, inquit Alexander in priorè libro de anima cap. 4. Necessarium est illam à corpore inseparabilem esse. Hæc enim in omni specie conditio: namque species & forma alterius est. Talis enim est entelechia & perfectio, quæ absque eo, cuius est, esse non potest. Quemadmodum neque terminus absque eo, cuius est terminus. Eodem argumento usus est Philoponus, quod ea, quæ sunt ad aliquid, aut simul sint, aut non sint.

Id tamen Aristot. ait debere intelligi, aut de anima vniuersa, si vniuersa corpori sit immersa; aut saltem de quibusdam eius partibus, si partibus anima sit, partesque illius aliquæ sint actus & perfectio corporis. Hoc verò duobus modis accipi potest: aut ita, ut inseparabilis dicatur anima, non solum si vnica sit vnus rationis in vno corpore; verum etiam si plures. Aut certè vna, quæ plures habeat partes loco distinctas, ut voluit Plato, quemadmodum in text. 19. lib. 1. dictum est. Aut multò melius, quemadmodum Interpretes penè omnes, ac præsertim Græci interpretati sunt: ita ut hæc non ad Platonem referantur, sed ex ipsius Authoris sententia de animæ partitione in multas facultates quasi ipsius partes intelligantur. Eæ namque, si non omnes, saltem pleræque sunt actus quarundam corporis partium. Quia sunt facultates organice, toti que coniuncto communes, sicut in text. 9. videndi facultatem dixit esse actum oculi: & similiter facultates omnes vegetantis animæ & sentientis, quæ materiales sunt & organice: atque ut sine corpore nequeunt operari, ita nec ab eo separata existere. Siquidem nulla forma separatur à corpore, quæ sine illo operari non possit, ut in text. 12. & 13. lib. 1. positum est.

Quod autem quasi dubitando nunc loquutus sit (si partibilis nata est) mistis ijs, quæ à Simplicio, parùm certè ad rem, afferuntur; propterea factum est, non quod ipse de ea re dubitaret, sed quod nihil adhuc constituisset; nec verò erat conuendi locus, aut loquendi de partibus animæ, cum de ea vniuersè ac generalissimè ageret. Addit tamen, quasdam separari posse, quod nullius corporis sunt actus. Intellectum scilicet; quem in text. 65. lib. 1. Innasci nobis iam dixerat ut diuinioram quandam substantiam per se coherentem, neque cum corpore interite. Et in text. 93. Ne fingi quidè posse quam corporis parte contineatur. Quare etsi anima definita fuerit actus corporis; Hoc tamen non prohibet, quominus separari possit intellectus; Quoniam is nullius corporis est actus.

Intellectus à corpore separari.

A Propterea Interpretes Græci duo facultatum atque operationum genera in hæc anima separant. Quasdam, quæ habeat per ordinem & comparationem ad corpus, ut viuificare, nutrire, & alias his similes: rationem quarum sit profus inseparabilis, sicut & anima cetera. Eas namque sine corpore exercere non potest. Alias, quæ habeat sibi propria, solaque exequi possit, ut intelligere: atque ratione separari potest. Itaque eam conficiunt partim separabilem esse, partim inseparabilem. Inseparabilem ratione facultatum & operationum, quæ cum animabus reliquis habet communes: separabilem ratione earum, quæ illius propria sunt. Nunc verò Philoponum ex communi & generali animæ definitione omnem animam collegisse ratione facultatum & operationum communium esse inseparabilem; aliquam tamen separari posse ex propria quadam ipsius & natura, de qua seorsim in tertio libro agendum erit.

Verum hæc omnia non solum de facultatibus, sed & de ipsis animabus dici possunt. Ut omnis anima, quatenus est anima & actus corporis, sit sanè inseparabilis. Non enim potest actum dare esse, nisi cum corpore copulata. Hoc verò omnino conuenit quibusdam partibus, hoc est, speciebus animæ, quæ actus materiales penitus organici sunt; natura sua pendentes à corpore. Etenim vegetans anima & sentiens nullo modo separari possunt; siue ut animæ sunt, siue ut tales animæ considerentur. Quædam tamen est anima, quæ propterea quod vt est talis anima, non est actus materialis & organice, essentialiter pendens à corpore, sed aliunde accedens, potest à corpore separari. Atque hoc est, quod dixit, quodam nihil prohibet separari, quod nullius corporis sunt actus, nempe ab eo pendens. Sed hoc animæ illi non conuenit ex communi & generalissima ratione, quæ hæctenus fuit exposita: veniat ex propria quadam & peculiari ipsius, quæ potest erit peruestiganda.

D Hinc in commentario 3. in 2. lib. de celo quamuis, inquit Simplicius, entelechiam dicitur animam Aristoteles, duplicem tamen nouit entelechiam: hanc quidem inseparabilem, hanc autem separabilem: & quod animam maxime rationalem tanquam separabilem entelechiam dicit, in iis, quæ de anima, à multis & præclaris viris collectum est.

Idcirco alterum subiungit nunc plus ex definitione illa communi proposita nondum esse manifestum, nam anima sit actus corporis vt natura vnus. Quæ verba, dum Albertus Magnus, sanctus Thomas, alique Latini interpretantur de assistente forma, qualis est naua in nauis; non meminerunt; quid de anima vniuersè dictum sit in text. 8. & 9. eam scilicet esse formam essentialem & vt quod quid est esse corporis. Itaque cum Alexander omnem animam mortalem esse colligeret, quia omnis anima est actus & forma corporis, respondit Philoponus in commentario text. 65. libri primi, duplicem esse entelechiam, inseparabilem vnã, alteram separabilem, eandemque partitionem repetijt in comment. text. 89. & hanc locum, quem nunc interpretamur, obiecit illi Auerroes in digressionem ad textum 5. lib. tertij quoniam, inquit, etsi omnis anima sit forma & actus

& actus primus corporis, quædam tamen est abstracta, sicut nauta in nauis: & ideo separabilis.

Abstractum autem eo loco significare subsistens, manifestum est. Quoniam ibi agitur de intellectu, quem Aristoteles immittit & abstractum à materia esse probauerat. Eodémque modo intelligendum est, quod hoc ipso in loco formam abstractam idem ipse Auerroes interpretatur. Immo nullus Græcorum assistentem formam exposuit, sed per se subsistentem omnes, quam nullius corporis dixerat esse actum, & ideo à corpore separabilem.

Etenim ut ex Platonis Alcibiad. colligitur ex Aristot. in 8. Physic. tex. 28. cuius verba non multò post adferam, actus assistens duas habet conditiones, alteram ut diuisus sit & distinctus ab eo, cuius est actus: alteram ut utatur eo, cuius dicitur esse actus, sicut nauta rum distinctus à nauis est & subsistens, tum ea ad propriam nauis operationem utitur. Hinc duas item colligo ego verborum horum interpretationes, quarum utramque non dubito Aristotelem dum hæc scriberet cogitasse. Altera est, cum anima definita fuerit actus corporis, ex eo quidem habebatur omnem animam esse formam formantem, at nondum intelligi poterat, an aliqua sit, quæ per se subsistat, atque forinsecus accedens facultates habeat & operationes non pendentes à corpore tanquam subiecto, & ideo abiuncta esse possit & ab eo separata. Quomodo nauta, est actus quispian sit nauis, quia tamen per se subsistit, forinsecus accedit, minimè que pendet à nauis, immo aliquas habet actiones, ut intellectiõne, quæ cum nauis cõmunes nõ sunt, facit ab ea separata. Si quæ enim anima sit eiusmodi, id ea non habet ex generali ratione animæ qui omnis anima esset eiusmodi) sed ex propria sua natura, de qua nihil hætenus dictum est. Propterea immixtum est, si est corporis actus anima, sicut nauis nauis. Sic enim inter ceteros pulchre interpretatus est Philoponus in comm. text. 13. & 65. lib. 1.

Plotinus etiam lib. 3. Ennead. 4. c. 21. & 22. cum quæreret, quomodo anima sit in corpore, respondet, rectè quidem dici esse velut gubernator est in nauis, quantum spectat ad eam facultatem, qua valet à corpore separari. At non explicari modum potissimum exoptatum. Quoniam gubernator non est in tota nauis, sicut anima est in toto corpore: sed ille forinsecus solum adest, hæc partes omnes permeat. Aptissimum autem esse exemplum luminis, quod totum aërem permeat tanquam illius perfectio: nec tamen cum eo miscetur, sed manet quidem ipsum, ceterò transiit: hoc interest, quod lumen aëri externa est & accidentaria perfectio, anima corpori essentialis & intima. Hæc Plotinus. Cum igitur duobus modis considerari possit nauta, & quatenus nauis assistit, & quatenus per se subsistit: comparatio animæ cum nauis non est ratione prioris considerationis, quia iam definitum fuerat omnem animam esse formantem: sed ratione posterioris, de qua nihil adhuc intelligebatur. Sic planè intelliges ex Themistio, Simplicio, & Philopono: qui rationalem quoque animam ait viuificare corpus, & naturales omnes motus atque operationes ei tribuere, (quasi hæc sola in nobis inest anima) atque hac ex parte insepara-

A bilem esse: quoniam in his vitur corporeis organis. Separabilem autem, quatenus intelligendi principium existit, quoniam hac ex parte nullo vitur corporeo organo. Alioqui quomodo assistens forma viuificet corpus & alias omnes operationes faciat.

Eadem rursus apertissima Simplicio sententia in commentario 53. 63. & 66. lib. 1. quo etiam postremo loco ita loquitur: Quæ vita separabiles habet actiones, quam appellare intellectum Aristoteles consuevit, quemadmodum nauis nauta, non quatenus nauta, sed quatenus homo à nauis separatur: sic & ipsa ab organo separata subsistit. En quomodo verba hæc non de assistente, sed de subsistente & quæ propriam habeat operationem, forma interpretatus est.

B Altera, nec minùs fortasse accommodata illorum verborum interpretatio esse potest: quæ etiam fuisse videtur Simplicij, tum hoc loco, tum antea in text. 4. & 10. & lib. 3. in text. 6. Nautam duobus rursus modis in nauis considerari posse. Primum quatenus est à nauis separatus & non tanquam pars illius. Deinde quatenus eam mouet & gubernat. Anima non comparatur cum nauis ratione prioris: immo in eo est dissimilitudo, quoniam anima format corp⁹: Sed ratione posterioris quoniam anima regit corpus, sicut nauis nauim. Verum quia ex allata definitione solù erat manifestum animam formare, non item eam regere corpus, sicut nauis nauim: hoc est, quod non Philosophus addit relinqui dubium. Præsertim cum Plato corpus vellet esse animæ instrumentum, quod ab ea ad omnem ipsius usum moueretur. Dubium, inquam, an anima sit actus formans, an etiam gubernans. An solùm det corpori esse essentialia, an etiam esse operationum: an solùm formet instrumentum, an & eo utatur. Hoc enim post intelligetur, ubi de facultatibus distinctio fuerit, quas instrumentis vitur operando.

D Quæ interpretatio colligi potest, tum ex eo, quod non de sola intelligente anima, de qua aduersarij dubitari aiunt, num sit forma assistens, sed vniuersè de omni anima queritur, an sit corporis actus, ut nauis nauis, cum tamen ceteras constet esse formantes actus. Tum ex textu 28. lib. 8. Physic. quo loco Aristot. animalia rursus cum nauibus comparans, ut in nauibus, inquit, dum mouentur distincta est pars mouens & pars mota; nauis & nauis, sic & in animalibus anima & corpus, corpusque mouetur ab anima, sicut nauis à nauis. Quam comparationem perspicuum est non esse in formatione, sed in operatione & gubernatione.

E Denique ut in nauis passiuum principium motus certa nauis structura & cõpositio est; figura, quantitas, & lignorum materia, quæ supernatet aquis; sic incertum adhuc & ex propõsita definitione immanifestum erat, num animalis corpus, ut ab anima moueatur, certa materia, determinataque structura & organizatione constare oporteat. Hoc enim consequentem tractationem desiderat: ex qua pro multitudine ac diuersitate operationum animæ constabit, corpus quoque pluribus ac diuersis organis instructum esse debere. Sanè ut nauis ante aduentum nauis propriam sibi sint essentialia formam, quæ est figura illius ad nauigandum apta; quæ tamen in actura exire non potest sine nauis:

ita in corporibus nostris propria est forma, qua instrumentum fit animæ; at non vna est forma, sed plures, quia non vnus, sed plurium operationum instrumentum esse debet: ex sunt partiales formæ, quibus membra sunt ad operandum apta, sed sine anima operari nequeunt. Accedit naua ad nauim & anima ad corpus, nauis mouetur, corpus plurimas exequitur operationes. Sed naua solū dat motum, anima tum meliorem essentiam tum operationem. Sed ex definitione proposita habet solum essentia, de operatione nihil inde colligit: deincepsque explicandum erit.

Tandem concludit, figura quadam, hoc est vniuersæ, definitam fuisse, seu descriptam animam. Hæc enim vniuersa & generalis cognitio, est quodammodo confusa, si cum propria illa comparetur singularum animarum & facultatum, quæ post explicabitur. Ideo descriptione appellat, quia et si essentialis sit, quia tamen generalis, propriam singularum animarum substantiam non exponit, quemadmodum exponeret definitio perfecta, quæ res singulas distinguit & separat, atque, vt ait Simplicius, ex propria singularium substantia peritur. Accedit, quod ea est vis accuratæ definitionis, quemadmodum est in tex. 31. lib. 4. Phys. vt ex ea dubitationes omnes soluantur. At ex definitione hæcenus proposita nondum est manifestum, num ea sit actus corporis sicut naua nauis. Propterea, cum ex generali hac cognitione nondum intelligantur omnia, quæ ad animam pertinent, placuit descriptionem, minusq. perfectam cognitionem dicere. Denique eo etiam ex capite imperfecta videtur, quod nondum sit satis probata atque ex notioribus illustrata. quod deinceps fiet. quare verba hæc continent etiam rationem, cur id, quod dixit, immanifestum sit: quia nimirum figura duntaxat, & non omnino accuratè dictum est quid sit anima.

Digestio V III.

Ceterum ab hac definitione, quam Arist. tanta inuestigauit industria, discedendum antea nobis non est, quam grauissimæ difficultates explicentur, quæ vt inuoluntur in ea, sic ad illius vim & naturam intelligendam sunt in primis opportunæ ac necessariæ. Primum, num ita hæc definitio animas omnes comprehendat, vt si omnes se vniuersæ definiuisse gloriatur est. Deinde, an anima ita sit corporis actus, vt per omnes illius partes sit fusa. Tum verò, an vt est actus corporis quanti & extensi, sic ipsa quoque extendatur cum illo, & euadat partibus, an potius impartibilis perseuerans, tota sit in toto corpore, & tota item in quauis vel minima illius parte. Post, num vna anima pluriū corporum actus esse queat: & contra plures animæ vnus eiusdemq. corporis. Ad extremum, cum anima sit actus corporis organici, quod pluribus diuersa, discrepantisque nature partibus constat, num præter animam, quæ vniuersum perficit corpus insint in singulis partibus propriæ singularum formæ, ex quibus totum illud corpus dignum animæ subiectum coagmentetur. Primam igitur aggrediamur, quæ ad reliquarum explicationem aperiet viam.

I. Digestionis pars. Num hæc definitio animas omnes comprehendat.

Triplex in sublunaribus animæ genus antea de-

monstratum est, vegetas, sentiens, intelligens. Vegetans plantarum proprium, sentiens mutorum, intelligens hominis. De duobus prioribus certum est omnium calculo, de tertio nonnulli dubitant. Sed & de cælestibus corporibus dubitari potest, hæc quoque in 1. libro dictum est Platoni & Aristoteli animata fuisse.

Quod si ita sit, quæcunque sit illius animæ, cum Aristoteles comunissimam & maximè generalem definitionem se tradidisse profiteatur: consequens profecto fuerit, eam quoque hac definitione fuisse comprehensam. Alio qui rectè argumētatur Proclus cora. 5. in Timæum, minus probandam esse, quæ animam omnem non comprehendat: præteritum cùm cælestes animæ organici corporis actus non sint.

Sed non ita pridem Alexander Achillinus in 2. lib. de Orbibus, & Hieronymus Balduinus inquit. An intelligentia det esse celo, & Petrus Pomponatius in lib. de Animæ immortalitate, & Antonius Bernardus Mirandulanus lib. 11. de 21. de Euerione singularis certaminis, aliiq. nonnulli, cùm non aliam poneret animam præter motricem intelligentiam, hæc ipsam voluerunt esse formantem formam, & tanquam veram illorum corporum animam generali hac definitione comprehensam. Est enim actus organici corporis, quæpe cælum illius est organum, quo in hæc omnia inferiora agit. Itaque, vt hoc loco simul cum reliquorum viuentium animabus definitam esse cælesti animam voluerunt, ita cælum quoque contentorunt in libris de Animalibus oportere tractari, si reliquorum animalium corpora considerantur.

Cælestia corpora animata non esse, in 2. libro demonstratum est. An verò motrices intelligentes formantes illorum formæ sint non est nunc opus pluribus disputare æquo rerum estimatori: esse possunt ea, quæ eodem in loco fuere proposita. Hoc vnum addam, quod & in text. 7. huius libri, & text. 15. 8. Metaph. traditum est, ex duobus in actu non fit vnum per se, cælum autem est actus, vt Auer. Achillinus & aduersariorum porrimiserunt, & intelligentia est actus, & est omnino perfectum, specieiueque integra, quæ altius forma & pars esse non potest: Necessè igitur est illam ab animæ definitione excludere. Non enim est entelechia prima. Tum quia entelechia significare substantiam imperfectam & dimittam, quæ cum corpore faciat vnum per se, manifestum est ex tex. 2. & 7. Tum quia ex tex. 8. omnia anima est actus essentialis & quod quid est actus corporis: Intelligentia est substantia integra, & perfecta, quæ cetera quidem potest ac vertere cælestes orbis, at essentialis & formæ actus, aut omnino perfectio in actu primo esse non potest. Corpus item cæleste est quidem naturale, quod intelligentia organum operatur, quatenus per illud in hæc inferiora operatur: at organicum non est. Sole namque densitate, & raritate, luce, perspicuitate & opacitate, differunt eius partes: non temperature, & natura, quemadmodum organici & heterogeni corporis partes differre oportet, quæ alias atque alias habent substantiæ formæ, & potest diuersum in corpore vsum. Satis fuerit cælo perfectionem omnem concedere, quæ corpori conuenit: nempe esse incorruptibile, in alterabile, immutabile. His enim cætera omnia corpora superat. Adde etiam actione. Tum quod in